

iens ex una religione ad aliam possit secum aliquid deferre ex bonis ad suum usum concessis; et insuper an bona quæ intuitu professionis illius priori religioni obvenerunt, transeant cum illo ad posteriorem religionem? Indubitatum enim est, quod ea quæ post professionem in secunda religione acquiruntur, vel ejus intuitu relinquuntur aut donantur, sint secundæ religionis, cujus est ipsa persona religiosi, nec habet amplius aliquid commune cum priori religione: Navar., cap. *Non dicatis*, num. 31, 12, q. 2; Rodriguez, tom. 2, q. 78, art. 2; Azor., part. 1, lib. 12, cap. 15, q. 3; Molin., tract. d. 140; Tuscus, t. 5, litt. M., concl. 322; Suar., tom. 4, *De relig.*, tract. VIII, lib. 3, cap. 13; Mirand., tom. 1, q. 31, art. 14; Ægidius, Pereira, Villalb., Hier., Rodrig., Tambur., *De Jure Abbatiss.*, disp. 21, q. 7, num. 7; Bordon., *De profess.*, cap. 5, q. 44. Sicut et indubitatum est quod, si novitius, ante emissam professionem

in priori religione, transeat ad secundam et in ea profiteatur, bona ejus acquiruntur secundæ religioni; et ita quod si aliquid priori religioni donasset intuitu seu causa ingressus in religionem, novitius vel novitia hanc donationem, tamquam similem donationi factæ causa mortis, posset revocare: Rota in *Romana donationis de Mongellinis*, 14 Januarii 1636, coram Carillo, quæ est 8 apud Tamburin. *De Jure Abbat.* Sed dubium est an ad secundam religionem spectent etiam bona, quæ occasione professionis acquisivit prior religio.

Después Passerini pone tres opiniones sobre esta materia. Omito hablar de las razones de cada una de ellas, porque las trata con tanta difusión, hace tantas restricciones, limitaciones y distinciones, que me alargaría demasiado si las tratase completamente. El que quiera enterarse á fondo de esta materia, vea á Passerini, tom. 3, q. 189, art. 8, número 171 y siguientes.

## TRATADO CUARTO

### De los privilegios de los regulares.

No es mi ánimo hacer un tratado completo de los privilegios de los regulares, porque esto exigiría que me extendiese demasiado. Tan sólo me propongo hablar de aquellos privilegios que pueden interesar de modo especial á los religiosos. El que desee enterarse circunstanciadamente de esta materia, puede acudir á los autores del derecho canónico, que la tratan difusamente, y á aquellos que cita Benedicto XIV, lib. 9, *De Synodo Diocesana*, cap. 15, núm. 4; advirtiéndole que no sólo se trata de algunos privilegios de los regulares, sino también de algunos casos en que los regulares están sujetos á los Obispos, para que, sabiendo los unos y los otros sus deberes, se conserve la debida armonía.

**3845.** En orden á los privilegios de los regulares, se han de evitar dos extremos, á saber: el exagerado celo de aquellos superiores que, con el pretexto de defender sus derechos, no guardan á los regulares los privilegios que legítimamente les están concedidos por los Papas ó por los Concilios generales: el otro exceso consiste en que algunos regulares quieren extender sus privilegios más allá de lo justo, pretendiendo hacerse independientes de los Obispos en materias en que les deben estar sujetos.

Entre otros autores, trata en parte esta materia el nunca bastantemente alabado Benedicto XIV, lib. 9, *De Synodo Diocesana*, capítulos 15, 16 y 17, en los cuales reprueba con igual energía los dos extremos de que he habla-

do al principio, á saber: la extralimitación de los Obispos cuando no quieren respetar los privilegios de los regulares, y la presunción de éstos cuando no quieren estarles sujetos en las materias que son de derecho. Como este gran Pontífice trata las cuestiones con tanto acierto, y como, cuando terminó su inmortal obra *De Synodo Diocesana*, llevaba ya catorce años en el Pontificado, me parece conveniente poner en este lugar una parte de lo que dice sobre lo que pueden ó no pueden los Obispos respecto de los regulares. Dice así en el capítulo 15:

«Nihil in synodo constituendum, quod regularium privilegia lædat.

»Num. 1. Quemadmodum inferiori non licet legem abrogare a superiore latam, ita nec privilegiis derogare cuiquam a superiore concessis; quocirca S. Gregorius Magnus, epist. 14, lib. 8, indict. 1, tom. 2 oper., col. 905: «Hæc constitutionis nostræ decreta, quæ pro defensorum sunt privilegiis, et ordinatione disposita, perpetua stabilitate, et sine aliqua constitutum refragatione servari, sive quæ scripto decrevimus, seu quæ in eis in nostra præsentia videntur esse disposita; nec a quoquam Pontificum in totum partemve qualibet occasione, convelli decernimus, vel mutari;» et epist. 3, lib. 9, indict. 2, col. 1018:

«Cura est sollicitudinis adhibenda, ut ea quæ pro quiete monachorum religiosæque conversationis fuerint ordinata, nec dissimulatio negligere-

»re, nec quædam valeat præsumptio  
»perturbare. Sed sicut hoc, quod ra-  
»tio exigebat utiliter, oportuit defini-  
»ri, ita quod definitum est non debet  
»violari.» Et Innocentius IV in Con-  
cilio generali Lugdunensi, relato in  
cap. I, *de privileg.*, in 6: «Volentes  
»(inquit) libertatem, quam nonnullis  
»Apostolica Sedes privilegio exemp-  
»tionis indulsit, sic integram obser-  
»vari, ut et illam alii non infringant,  
»et ipsi ejus limites non excedant.»

**3846.** »II. Hæc, aliaque jura id  
ipsum decernentia, Episcoporum ocu-  
lis subjecit Fagnanus in cap. *Quod  
super his, de majorit. et obed.*, a num. 14  
ad fin., ut sibi persuasum haberent ni-  
hil synodalibus constitutionibus esse  
inserendum, quod præjudicium infer-  
rat privilegiis a Sede Apostolica con-  
cessis regularium Ordinum institutis.  
Ad uberiolem autem Episcoporum  
instructionem, in exemplum aduxit  
idem Fagnanus quamdam Synodum  
Cracoviensem, e cujus actis, jubente  
Paulo V, expuncta fuere nonnulla de-  
creta quibus regularium exemptio vul-  
nerabatur. Haud absimile exemplum  
nos adnotatum reperimus in lib. 14  
*Decretorum Sacra Congregationis Con-  
cilio*, pag. 601, ubi Robertus, cardi-  
nalis Ubaldini, refert a Sacra Con-  
gregatione approbata fuisse acta et  
decreta Concilii provincialis Camera-  
censis, hac tamen adjecta declaratio-  
ne, ut per illa nihil censeretur dero-  
gatum privilegiis regularium; quibus  
propterea denunciari mandavit, ut  
sua privilegia, non clausa in corpore  
juris, quantocius ejusdem provinciæ  
Episcopis exhiberent, ut hac ratione  
isti cognoscerent quidnam in Con-  
cilio decretis illis adversaretur, et id-  
circo corrigendum foret.

»III. Hisce fortasse exemplis ni-  
mium perterriti plerique Episcopi,  
nullum ne minimum quidem verbum  
in suis Synodis de regularibus fecere;  
quod tamen nos minime probandum  
censemus; siquidem quamplurima  
sunt, in quibus regulares, quanta-

cumque fruuntur exemptione, sub-  
sunt Episcopo, tamquam Apostolicæ  
Sedis delegato: et, ne hujus subjectio-  
nis, obliviscantur, necesse est, eam  
quandoque illis in memoriam redige-  
re, quod certe nusquam commodius  
quam in synodalibus constitutionibus  
fieri potest. Quare saniori consilio alii  
Episcopi, absque ulla regularium in-  
juria aut eorumdem exemptionis vio-  
latione, plura in suis Synodis expres-  
se et nominatim de illis sanxere. At-  
que, ut antiquiora hujus rei præte-  
reamus exempla, in Synodo Ameri-  
na, habita anno 1595 ab Antonio Ma-  
ria Gratiano, duo leguntur integra  
capitula regulares respicientia, unum  
sub num. 949, cui titulus: *Quando pu-  
niendi regulares Episcopo jus est*; alte-  
rum sub num. 950, ubi casus enume-  
rantur in quibus *Episcopi jussis edic-  
tisque regulares parere debent*. De re-  
gularibus pariter multa speciatim  
statuta deprehendimus in sæpius a  
nobis laudatis Synodis, nimirum a  
Cæsenatensi, habita a Cardinali Den-  
hoff, lib. 2, cap. 7; Neapolitana, ha-  
bita a cardinali Cantelmo, p. 47,  
cap. 8; Imolensi, sub cardinali Goz-  
zadino, tit. 3, cap. 10; Sabinensi,  
coacta a cardinali Hannibale Albano,  
cap. 8; ac Cingulana, celebrata a car-  
dinali Lanfredino, ann., 1736, cap. 10.

**3847.** »IV. Verum ut Episcopus  
tuto et sine ullo offendiculo in hoc  
negotio procedat, debet omnia bene  
prænoscere in quibus regulares habet  
sua jurisdictioni obnoxios. Hæc sin-  
gulatim recensentur ab auctoribus de  
hac materia tractantibus, præcipue  
ab Erasmo Cokier, *De Jurisdict. Or-  
din. in exempt.*, part. 2, q. 45; Fag-  
nано, in cap. *Grave de offic. ordin.*,  
a num. 37 usque ad fin.; Natali Ale-  
xandro, in append. 1 ad tom. 1.<sup>um</sup>  
*Theolog. Dogmat. et Moral.*, e qui-  
bus pauca quædam seligimus. Et pri-  
mo quidem, regulares delinquentes  
contra decretalem Innocentii III, in  
cap. 1, *De custod. Euchar.*, non solum  
a suo superiori regulari, sed etiam ab

Episcopo, cui tanti Sacramenti cura  
debet potissimum incumbere, corri-  
gi et punire possunt; sicuti, appro-  
bante Innocentio XIII, die 8 Janua-  
rii 1724 rescriptum fuit a Sacra Con-  
gregatione Episcoporum et Regularium,  
cujus decretum refertur in  
appendice ad citatam Synodum Nea-  
politana, habitam á cardinali Pig-  
natelo, num. 20. Et quoniam ad Sancti-  
ssimæ Eucharistiæ majorem ve-  
nerationem confert ne passim et sine  
causa publicæ fidelium adorationi ex-  
ponatur, propterea Sacra Congrega-  
tio Concilii, apud citatum Fagna-  
num, num. 77, censuit, non licere  
regularibus illam in propriis ecclesiis  
sine velamine exponere, nisi ex cau-  
sa publica a loci Ordinario approbata:  
Sacra, etc., censuit (sunt verba de-  
creti editi die 27 Augusti 1630)  
»non licere regularibus, etiam in eo-  
»rum propriis ecclesiis, Sanctissi-  
»mum Eucharistiæ sacramentum pu-  
»blice adorandum exponere, nisi ex  
»causa publica, quæ probata sit ab  
»Ordinario; ex causa autem privata  
»posse, dummodo Sanctissimum Sa-  
»cramentum e tabernaculo non ex-  
»trahatur, et sit velatum, ita ut ipsa  
»sacra hostia videri non possit.» De  
quo argumento plura á nobis collecta  
legi possunt Instit. 30.

**3848.** »V. Præterea Concilium  
Tridentinum, in decreto sess. 22, *De  
observandis et evitandis in celebratione  
Missæ*, postquam plura statuit reli-  
giose servanda in celebratione hujus  
tremendi sacrificii, addidit:

»Hæc igitur omnia, quæ sum-  
matim enumerata sunt, omnibus lo-  
corum Ordinariis ita proponuntur, ut  
non solum ea ipsa, sed quæcumque  
alia huc pertinere visa fuerint, ipsi  
pro data sibi a Sacrosancta Synodo  
potestate, ac etiam ut delegati Sedis  
Apostolicæ, prohibeant, mandent, cor-  
rigant, statuunt, atque ad ea invio-  
late servanda censuris ecclesiasticis  
aliisque pœnis, quæ illorum arbitrio  
constituentur, fidelem populum com-

pellant, non obstantibus privilegiis,  
exemptionibus, appellationibus, ac  
consuetudinibus quibuscumque.»

»Ex quibus verbis aperte conficitur,  
amplam atque indefinitam auctorita-  
tem datam esse Episcopis compellen-  
di regulares quoscumque ad plenam  
et exactam observationem non tantum  
eorumque præfato decreto continen-  
tur, *verum etiam aliorum quæ ipsimet  
Episcopo ad majorem illius ineffabilis  
mysterii decorem et cultum duxerint præ-  
cipienda*. Quocirca laudatus cardinalis  
Lanfredinus in citata Synodo Cingu-  
lana jure dixit: «Cum etiam regulares,  
ex vi decreti Sacri Concilii Tridenti-  
ni, subsint correctioni et punitio-  
ni Episcopi; si commiserint prohibita  
vel indecentia in ecclesiis, etiam suo-  
rum ordinum, circa Missæ sacrificium  
(prout alias a Sacra Congregatione  
Concilii declaratum fuit), diligenter  
caveant eorumdem Ordinum superio-  
res, ne hujusmodi potestate nobis  
competente, uti cogamur in sibi sub-  
jectos sacerdotes.»

**3849.** »Quoniam vero in eodem  
Tridentini decreto Episcopis præcipi-  
tur *ut singuli in suis diocesis inter-  
dicant, ne cui vago et ignoto sacerdoti  
Missas celebrare liceat*; jure pariter Jo-  
seph cardinalis Spinelli, Archiepiscopus  
Neapolitanus, die 5 Januarii 1743,  
sub pœna suspensionis a divinis ipso  
facto incurrenda, etiam regularibus  
injunxit, ne quempiam exterum sacer-  
dotem in suis ecclesiis celebrare per-  
mittant sine prævia Ordinarii licentia,  
quod a nobis vetitum fuerat in nostra  
Instit. 34, §. 1. Pro sua quippe rerum  
ecclesiasticorum singulari peritia pro-  
be noverat idem Cardinalis, prædicti  
decreti virtute, factam esse Episcopis  
facultatem etiam censuris animadver-  
tendi in contumaces et inobedientes  
regulares. Enimvero, cum in eodem  
decreto cautum reperiatur ne Episco-  
pus quemquam patiat Missam cele-  
brare extra ecclesiam in altari porta-  
tili, idcirco Sacra Congregatio Con-  
cilio, die 4 Junii 1672, licuisse cen-

suit Archiepiscopo toletano contravenientes regulares, etiam censurarum inflictione coercere; uti habetur lib. 27 *Decretor.*, pag. 406. Atque, genaritim loquendo, *in his in quibus a jure communi, a Sacro Concilio Tridentino, a constitutionibus apostolicis tributa est Episcopo jurisdictio in regulares, potest illos, etiam per censuras ecclesiasticas, compellere; quod totidem verbis ab eadem Sacra Congregatione rescriptum legitimus ad episcopum Nebiensem, die 7 Februarii 1632, lib. 14 Decretor.*, pag. 371, a tergo.

**3850.** «Ob eandem rationem, quia, scilicet, Tridentinum, sess. 25 *De invocat. et venerat. reliquiar. Sanctorum*, decrevit ne in ulla ecclesia, quomodolibet exempta, ulla exponatur insolita imago aut nova reliquia ab Episcopo non approbata, minime dubitandum est, quin possit Episcopus inobedientes regulares quibuscumque poenis, etiam censurarum, compescere; quod etiam ex decreto colligitur edito a Sacra Congregatione Concilii 5 Junii 1700, apud Monacellum in *Formul.*, tom. 1, tit. 3, formul., 8.<sup>a</sup>, num. 49.

\* Al efecto, téngase presente el siguiente decreto de la S. Congregación de Ritos dado el 14 de Agosto de 1894, á saber: «Imágenes virorum ac mulierum, qui cum fama sanctitatis decesserunt, sed nondum Beatificationis aut Canonizationis honores consecuti sunt, neque altaribus utcumque imponi posse neque extra altaria depingi cum aureolis, radiis, aliisve sanctitatis signis, posse tamen eorum imagines, vel gesta ac facta, in parietibus ecclesiæ, seu in vitris coloratis exhiberi, dummodo imagines illæ neque aliquod cultus vel sanctitatis indicium preferant neque quidquam profani aut ab Ecclesiæ consuetudine alieni.» Esta declaración está basada en los decretos de Urbano VIII, los cuales deben tener presentes, tanto los Sres. Obispos como los Prelados regulares, para no permitir que se pinten

en las iglesias, claustros, etc., con aureolá signos de santidad, más que las imágenes de los siervos de Dios que murieron en opinión de santidad, cien años antes de 1634, y que por sus méritos y virtudes obtuvieron tan gloriosa distinción antes de la dicha época. Las imágenes de los siervos de Dios que murieron antes del año 1634 pueden y deben conservarse en el estado en que se encontraban en aquel tiempo; pero las de los que murieron después de este año, no pueden pintarse sino al tenor de lo que prescribe el decreto de 14 de Agosto de 1894, antes citado. (*Analecta O. P.*, vol. 2, pág. 13.) \* (Véase el núm. 591.)

**3851.** «VI. Eadem porro Sancta Tridentina Synodus (sess. 25, cap. 1, *De regular.*) Bonifacii VIII constitutionem renovans, quæ legitur in cap. *Periculoso, de statu monachor.*, in 6, sanctimonialium clausuræ exactam custodiam Episcopis commisit; iisdemque mandavit, «ut in omnibus monasteriis sibi subjectis, ordinaria; in aliis vero, Sedis Apostolicæ auctoritate, clausuram sanctimonialium, ubi violata fuerit, diligenter restitui, et ubi inviolata est, conservari maxime procurent; inobedientes atque contradictores per censuras ecclesiasticas aliasque poenas, quæcumque appellatione postposita, compescerent.» Hanc vero sanctionem explicavit ampliavitque Gregorius XV in sua constitutione 18, incipiente *Inscrutabili* (*Bullar.*, tom. 3), decernens quoscumque regulares delinquentes in iis quæ respiciunt clausuram monialium, etiam ipsismet regularibus subjectarum, aut personas intra monasterii septa degentes, corrigi et puniri posse ab Episcopo loci, tamquam Apostolicæ Sedis delegato.

**3852.** «Quo vero sanctius monialium clausura custodiret illæsa, Alexander VII in sua constitutione 156, quæ incipit *Felici* (*Bullar.*, tom. 5), voluit prælato regulari, semel, dumtaxat, in anno occasione visitationis,

fas esse monasterii sibi subjecti septa ingredi; si autem necessitas urgeat sæpius in anno idem monasterium ingrediendi, id non aliter prælato regulari licere voluit, quam cum præsentia Episcopi diocæsani, aut alterius personæ ecclesiasticæ ab ipsomet Episcopo specialiter deputandæ.

**3853.** «VII. Et quoniam crebræ allocutiones regularium cum monialibus visæ sunt quodammodo adversarii fini perfectæ clausuræ, cujus præcipuus scopus fuit segregare moniales ab hominum consortio, ut libentius orationi vacent, et Deo unice animum intendant; idcirco pluribus Pontificiis sanctionibus vetitus fuit regularibus accessus ad moniales, etiam sui Ordinis, suisque prælati subjectas, sine expressa licentia non solum ejusdem prælati regularis, sed etiam Episcopi. Sancitum id fuerat a Sixto V, anno 1590, cujus decretum Paulus V, Urbanus VIII, aliique posteriores Pontifices confirmarunt et renovarunt. Verum quia regulares varia tentarunt effugia, ut ejusmodi decretum eluderent, novis propterea sanctionibus fuit roborandum, et clarius explicandum. Dictitabant plerique, gravis culpæ reos non fieri regulares alloquentes moniales ex rationabili causa atque ad honestum finem. Alii, subtilius ratiocinantes, opinabantur horæ quadrantem cum dimidio respectu spatii 24 horarum, quibus dies naturalis absolvitur, exiguam esse materiam, quæ ecclesiastici præcepti transgressionem plerumque excusat a gravi noxa; ac proinde per tanti temporis intervallum quod clepsidra metiebantur, putabant se posse sine periculo lethalis peccati cum monialibus loqui, nulla petita ab episcopo licentia.

Arbitrabantur alii, saltem prædicto decreto non comprehendi regulares prædicationis munus obeuntes in monialium monasteriis; quibus idcirco docebant licere, post expletam concionem, sermonem cum illis habere,

præsertim de rebus spiritualibus in ipsa prævia concione tractatis. Sed istas omnes cavillationes amputavit Sacra Congregatio Concilii, quæ die 2 Maji 1669, approbante Clemente IX, declaravit regulares quoscumque *absque legitima facultate* accedentes ab colloquendum, «etiam per quodcumque modicum temporis spatium, cum monialibus aut aliis intra clausuram degentibus, peccare mortaliter; eosque sub excommunicationis, privationis vocis activæ et passivæ, aliisque contra regulares accedentes sine licentia ad monasteria monialium statutis poenis, posse ab Ordinario tamquam Sedis Apostolicæ delegato, coerceri.»

Et die 26 Novembris 1672 respondit, nullam, quantumvis honestam et rationabilem causam eximere a gravi culpa regulares accedentes ad moniales sine Episcopi licentia. Ac die 21 Maji 1678, iisdem poenis affici dixit regulares, qui, post habitam ab moniales concionem, de quibuscumque rebus cum iisdem loquuntur, nisi specialem quoad hoc facultatem ab Episcopo antea impetraverint. Hæc aliaque Sacræ Congregationis decreta eandem materiam respicientia simul collecta habentur post diocæsanam synodum Pisanam anni 1708, et in appendice ad Synodum Lucanam, habitam ab archiepiscopo Coloredo anno 1736 (1).

**3854.** «VIII. Ad eandem clausuræ materiam pertinet translatio monialium de uno ab aliud, etiam ejusdem ordinis et instituti, monasterium.

(1) Nunca se alabará bastantemente la prohibición canónica de que se hace mención en el párrafo anterior; pero la disposición general del derecho canónico que prohíbe bajo de culpa grave, y áun con pena de excomuni6n, el acercarse á conventos de monjas y tratar con ellas en la reja, no obliga en Espaõa, porque, á no dudar, la costumbre general legitima está en contrario; y lo mismo he observado en Méjico.

Sed hæc Apostolicæ Sedi reservata est, sicuti concessio licentiæ egrediendi e monasterio. Nihilominus, eveniente aliquo repentino casu quo haberi nequeat recursus ad Sedem Apostolicam, permitti potest monialibus egressus e monasterii claustris. Verum hujusmodi casus tres omnino numerantur: nempe, magnum incendium, infirmitas lepræ, ac epidemiæ sive pestis. Et quoniam Episcopus, ut supra dictum fuit, ex Apostolicæ Sedis et Concilii Tridentini delegatione, clausuræ monialium custos est, etiam quoad monasteria ab ordinaria sua jurisdictione exempta, idcirco S. Pius V, Pontifex Maximus, in sua constitutione quæ incipit *Decori et honestati* (in Bullario veteri, tom. 2, numer. 8, et in postrema romana editione, tom. 4, part. 2, num. 13) voluit ut ubi moniales, etiam regularibus subjectæ, necesse habeant ad evitanda prædictarum infirmitatum pericula e monasterio exire, non modo prælati regularis, sed etiam Episcopi licentia in scriptis accedat. Olim excitata fuit controversia an, præter casus superius expressos, moniales e claustris extrahi possint absque auctoritate Apostolicæ Sedis; eveniente, nimirum, casu aliquo ita gravi, ut aliis supradictis in S. Pii V constitutione expressis quodammodo æquipolleat, ut puta, si monialis aliqua propter morum pravitatem ab uno ad aliud monasterium transferenda judicetur; siquidem morum corruptela epidemico morbo æquiparari potest. De hac questione inter doctores Salmanticæ actum fuit, quo tempore cardinalis de Lugo in ea civitate morabatur. Et hic quidem in *Respons. Moral.*, lib. 3, dub. 18, sententias theologorum et canonistarum celebris illius studiorum universitatis exponit; ipse vero eam amplectitur quæ docet minime licere sine auctoritate Sedis Apostolicæ, monialem ab uno ad aliud monasterium transferre in pœnam delicti ab ea commissi; hoc

enim frequentibus nimium translationibus viam aperiret; sed licitum esse ad hujusmodi translationem procedere, propter evidens periculum scandali et perversionis aliarum monialium; hunc etenim casum vere putat æquipollentem esse morbo epidemiæ in bulla S. Pii V expresso.

«Hujusmodi autem sententiæ innixi quidam, ulterius progressi sunt, contententes translationem in hisce casibus fieri posse solo prælati regularis iudicio et imperio, non requisita aut obtenta Episcopi licentia. Quod tamen nullo pacto sustineri potest: si enim Episcopi auctoritas necessaria est pro extrahendis e clausura monialibus, etiam ab illius ordinaria jurisdictione exemptis, in ipsis casibus litteraliter expressis in bulla S. Pii V, quis unquam suadere poterit Episcopi auctoritate opus non esse, ubi agatur de aliis casibus qui in bulla nequaquam expressi sunt, sed ad illius dispositionem sola ratiocinationis subtilitate pertracti?

**3855.** «IX. Neque vero prædictis tantum limitibus circumscribitur delegata jurisdictio Episcopi in regulares, sed longe ulterius protenditur. Etenim coercitione Episcopi sunt obnoxii regulares excipientes confessiones sæcularium sine accepta ab Episcopo facultate, contra decretum Tridentini (sess. 23, cap. 15, *De reformat.*). Item excipientes confessiones monialium, etiam suo Ordini subjectarum, sine prævia Episcopi approbatione, juxta constitutionem 18 Gregorii XV (*Bullar.*, tom. 3) et juxta constitutionem 10 Clementis X (§ 4 *Bullar.*, tom. 7, pag. 30).

«Hi enim Pontifices justis gravibusque de causis, quas refert Fagnanus in cap. *Cum capella*, *De privileg.*, hoc disciplinæ caput statuerunt, ut quamvis prælati regulares sacerdotibus regularibus sibi subjectis, etiam ab Episcopo non approbatis, et sine illius licentia facultatem tribuant excipienti confessiones suorum collega-

rum regularium, minime tamen valeant monialibus sui Ordinis, quantumvis eorum gubernio subjectis, inconsulto Episcopo, et sine illius approbatione, confessarios ordinarios, aut extraordinarios deputare; ut videre est in citatis eorum constitutionibus, quæ licet in Hispaniarum regnis suspensæ fuerint in vim cujusdam brevis Urbani Papæ VIII, relati apud Lezanam (consult. 40, num. 116), in aliis tamen orbis catholici regionibus, pro quibus ejusmodi brevibus suspensiva non prodierunt, omnimodæ executioni demandari debent; quemadmodum ultramontani etiam scriptores fatentur, Thomassinus, *De Veteri et Nova Ecclesiæ Disciplina*, part. 1, lib. 3, cap. 40, num. 7; Van-Espen, *Juris Ecclesiastici*, tom. 2, tit. 6, *De sacram. Pœnit.*, num. 21; Cabassutius, in *Theor. et Prax. Juris Canon.*, lib. 1, cap. 11, num. 18; Genett., in *Theologia Moral.*, tom. 4, tract. VI *De sacram. Pœnit.*, cap. 8; Natalis Alexander, in *Theolog. Dogm. et Moral.*, lib. 2, *De sacram. Pœnit.*, art. 10, reg. 7.<sup>a</sup> (1).

**3856.** «X. Ad idem rerum genus pertinent ea quæ sequuntur. Sacra Tridentina Synodus (sess. 25, cap. 10, *De regular.*) provide constituit ut superiores, etiam regulares, monialibus sibi subditis confessarium extraordinarium bis aut ter in anno offerre tenerentur. Sed quoniam hujusmodi confessarius semper ex ipso superioris regularis ordine deligebatur, idque pusillos forte mulierum animos in graves sæpe angustias conjiciebat, sub Innocentio Papa XIII post diuturnum examen circa plura disciplinæ capi-

ta, quæ pro Hispaniarum regnis definienda aut stabilienda proponebantur, habitum in congregatione particulari ad id deputata, cui nos, tunc in minoribus constituti, secretarii officium præstitimus, hoc etiam constitutum fuit, ut superiores regulares monialibus sibi subjectis semel saltem in anno confessarium extraordinarium deputarent presbyterum aliquem ad id approbatum sæcularem, vel alterius Ordinis regularem; quod si id ab ipsis negligeret, tunc Episcopi, pro sui arbitrio et conscientia, deputationem hujusmodi facere valerent, nec illa quovis titulo aut prætextu a superioribus regularibus impediri posset; ut videre est in litteris apostolicis ab Innocentio XIII editis, quarum initium est *Apostolici ministerii*, quasque deinceps a Benedicto XIII in forma specifica confirmatas, nos ipsi, ad supremum pontificatum assumpti, hac parte, ad universum orbem catholicum expresse extendimus et amplavimus per nostram constitutionem quæ incipit *Pastoralis curæ*, quæque extat tom. 2 Bullarii nostri, num. 56.

«XI. Utque alios aliquot casus enumerando exequamur, in quibus regulares subjecti sunt Episcopis tamquam Sedis Apostolicæ delegatis, omittendi non sunt renuentes accedere ad publicas processiones, contra decretum Concilii Tridentini, sess. 25, cap. 13, *De regular.* Prædicantes in ecclesiis suorum Ordinum, Episcopo contradicente, vel non petita ab eo benedictione, aut in alienis ecclesiis sine ejusdem Episcopi licentia, contra decreta ejusdem Tridentini, sess. 5, cap. 2, *De reformat.*, et sess. 24, cap. 4, ac citatam constitutionem *Inscrutabili*, Gregorii XV. Non servantes interdictum ab Episcopo latum, aut dies festos ab Episcopo indictos, vel recusantes promulgare censuras jussu Episcopi denuntiandas, contra decretum sess. 25, cap. 12, *De regular.* Conferentes litteras dimissoriales aut ordines suis subditis

(1) En el día es práctica general en España que ningún religioso puede ser confesor ordinario ó extraordinario de las religiosas de su Orden, sin que, además de la licencia de sus prelados, tenga licencia del Ordinario del lugar en donde está el monasterio; y lo mismo he observado en Méjico con las Dominicas que estaban sujetas á los regulares.